



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXVII. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Woldenberg einen See,
am 25. August 1354.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXXVII. Markgraf Ludwig d. R. überläßt der Stadt Woldenberg einen See,
am 25. August 1354.

Noverint etc. quod nos Ludovicus Romanus etc. dedimus, damus justo quoque proprietatis titulo donavimus viris prudentibus et discretis consulibus civitatis nostre Woldenbergh, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, fidelitatis ipsorum consideracione stagnum Wotzick prope villam Hermentstorp situatum, habendum, tenendum, justo quoque proprietatis titulo perpetuis in antea temporibus pacifice possidendum, renunciantes quoque predicti stagni proprietati, omni juri, actioni et inpeticioni, quod vel que nobis ac nostris heredibus et successoribus nostris in eo competeabant seu competere quolibet poterint in futuro. In cujus etc. presentibus H. Episcopo Lubucensi, Werberg, Hassone de Valkenburg, Henningo seniore et Ludowico de Wedel, Grifkone, Ost, Kokeritz, de Sliven, Wanthsleven cum ceteris. Datum Soldin, Anno MCCCCLIV, in crastino bartolomei apostoli.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 104.

XXXVIII. Markgraf Ludwig d. R. vereignet Gebungen aus dem Hufenzinse der Stadt Tankow dem Peter- und Pauls-Altare der Pfarrkirche zu Soldin, am 21. Februar 1355.

Ad perpetuam rei memoriam etc. Noverint, quod nos Ludovicus Romanus etc. nostro et illustris principis fratris nostri karissimi Ottonis, Marchionis Brandenburgensis, nomine, divine remuneracionis intuitu, ad honorem et reverenciam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum, nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum Marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum piam recordacionem, in nostre, heredum, successorum nostrorum animarum memoriam sempiternam dedimus et donavimus, damus et donamus proprietatem III fructuum annuorum reddituum cum VII solidis denariorum brandenburgensium, sitorum in censu mansorum opidi nostri Tankow, quem censum Rouer et Schiltberg pro nunc in pheudum a nobis tenent et possident, ad altaris in ecclesia collegiata beatorum petri et pauli civitatis nostre Soldinenfis capellanum nostrum dilectum et hinricum Heydebusch et heredes suos ac Ludovicum de Goltfow, presbiterum, et Danielelem, ejus fratrem, pertinere debent, quibus sublatis de medio ad capellam dicte ecclesie Soldinenfis idem jus patronatus sine contradiccione qualibet ubique devolvetur pertinendum, perpetue et pacifice sine impedimento quolibet possidendam omni jure, modo, forma et condicione et cum omni validitate, quibus ad nos ipsa frustra hactenus pertinebat. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri et actioni, inpeticioni, quod vel que nobis quoad dictam donacionem competit aut competere possit. In cujus etc. presentibus Hassone, curie magistro, Hassone de Vchtenhaghen,